

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius Th. D.
P.P. & Superint. Ad Exequias, Quas Matronae ... Dorotheae Schmilaw/ Amplissimi
Viri Dn. Danielis Braun huius Urbis Senatoris ... p.m. Viduae relictæ Liberi
Moestissimi Hodie ... paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum Cives
Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777430843>


Druck Freier  Zugang




M a u r i t i v s , C . ,
in
D . S c h m i l a w .

Rost. 1657.

19.



PROGRAMMA
SICUTUM
CASPARVS MAURITIVS
PHYSICVS
MATHESICVS
MORALIVS
POLITICVS
ECONOMICVS
HISTORICVS
GEOGRAPHICVS
COSMOGRAPHICVS
METEOROLOGICVS
ASTRONOMICVS
OPTICVS
ACOUSTICVS
PNEVMATICVS
MAGNETICVS
ELECTRICVS
MAGNETICVS
OPTICVS
ACOUSTICVS
PNEVMATICVS
MAGNETICVS
ELECTRICVS



76.

PROGRAMMA
^{2^{do}}
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
CASPARVS MAURITIVS,



D. P. P. & Superint.

Ad Exequias,

Quas

MATRONÆ HONESTISSIMÆ
PIISSIMÆQUE

DOROTHEÆ

Schulato /

Amplissimi VIRI

DN. DANIELIS Braun

hujus Urbis Senatoris clarissimi, p. m.

Viduzæ relictae

LIBERI MOESTISSIMI

*Hodie ad horam I. in templo Mariano
paratas cupiunt.*

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos paramanter invitatur.



Rostochii, Typis Heradum NICOLAI KILII, Acad. Typ.
ANNO M. DC. LVII.

Atas mea transportata est à me, tanquam ten-
torium pastorale: præcidi ut textor telam vi-
tam meam. Hæc de se agonizans Hiskias.
Gemina similitudine fugacitatem vitæ præsentis
adumbrat. Altera desumpta est à tentoriis pasto-
rum, altera à telis textorum. Solent opiliones ta-
bernaculum construere ex asseribus, idemq; dua-
bus vel quatuor rotis impositum de loco in locum
provehere. Et tempore messis atq; vindemiæ in agris
vineisq; umbracula sive tuguria struunt agrorum vi-
nearumq; custodes, quæ finita messe & vindemia
vel destruunt vel collabifinunt. Talis hominum
etiam in regia fortuna positorem vita est. Ubi mi-
nimè id futurum arbitrantur, mutatur locus, fini-
nitur vita, destruitur tabernaculum domus terestris.
Præcidi, ut textor, vitam meam. Quid Regi cum
textore, inquires? Textrina contempta & despretæ
est, fateor: at non indignam iudicavit Rex poten-
tissimus idemq; piissimus, quam instituto suo ac-
commodaret. Magna telæ & lini est dignitas, ma-
gna utilitas. Magna vitæ hujus dignitas, magna u-
tilitas est: quippe cujus rectè collocatæ usus non
angustis hujus vitæ terminis circumscribitur, sed in
omnem extenditur æternitatem. Tela stamen &
subtegmen complectitur. Stamen vitæ nostræ sunt
anni

anni, quos divina definivit providentia, Subte-
gmen appellamus crucem & ærumnas vitæ præsen-
tis. Tela alia longior, alia brevior, alia citius, alia
tardius rescinditur, prout placuerit textori & res ipsa
tulerit. Neq; alia fors est humanæ vitæ. Longæ-
vus fuit Matuschelach: vixit enim nongentos sexa-
ginta novem annos. Multo brevior nunc vita ho-
minum est. Ex re & vero Vir Dei Moses: *Quod at-
tinet ad dies annorum nostrorum, in eis sunt septuaginta
anni, sique admodum invalescant, sunt octoginta anni;
excellencia autem eorum est labor & molestia; quumq;
avulserit illud DEUS festinè, tunc AVOLAMUS.*
Henricus I. Imp. cum iter Romam meditaretur,
adversa valetudine correptus, convocato omni po-
pulo, Othonem filium regem designavit, rebusq;
omnibus compositis tactus paralyti obiit ætatis an-
no LX. Matthias Ungarorum Rex bellicosissimus
bellum intulit Austriis, exercitum Friderici Impe-
ratoris fudit, munitiones Austriæ plerasq; & in his
caput gentis Viennam in potestatem suam redegit,
Novam urbem obsedit. Verum dum ea obsideretur,
ipse Viennæ die Palmarum sacris operam dans,
quibus sex circiter horas interfuit, ad langvorem
declinandum ficus poposcit, iisq; quod cariosæ es-
sent, primo morsu vehementer offensus, oborta
capitis vertigine, apoplexia correptus est. Posterâ
luce totum diem mutus & resupinus insomnem egit.
Tertio post die è profluvio sanguinis narium ani-
mam efflavit. In agone pilula, nucis instar, à sto-
macho

macho repente elevata cum ad epiglottim ascendisset, eum suffocavit. Hieronymus Fracastorius Veronensis, Philosophus, Medicus, Poëta clarissimus, Septuagenario major IIX. Idus Augusti Anno M D LIII. dum pranderet, apoplexia correptus est. Post multas autem herbas in olfactum balbutiente lingua efflagitatas, amisso penitus sermonis usu, manu sæpius in verticem exporrecta, iis qui aderant innuere voluit, ut celeriter cucurbitula affecto & laboranti cerebro succurrerent. Quo remedio ille se Vestalem quondam curasse adhuc meminerat. Sed re ab astantibus nequaquam intellecta, leniter sub noctem expiravit. Conradus Lycostenes Vir de studiis benè meritus, cum septem annis ante dextro latere resolutus scribendi facultatem ferè amisisset, lingvæ tamen pedumq; usu recepto tandem apoplexia gravissima correptus, horæ spatio vitam cum morte expectatissima commutavit. Philemon Poeta, dum recitaret partem Fabulæ, quam nuper fecerat, ei jam actu tertio jucundos moventi affectus, coortus imber interruptit. Cumq; postero die populus ad reliqua audienda conveniret, diutius expectantibus nuntius advenit, mortuum eum esse, calereq; adhuc in cubiculo. Otho IV Dux Baviaræ, ut per rusticum quedam prædictum fuerat, cum tertium diem ante Calendas Decembris apud uxorem & liberos hilarem sumeret, noctu subito expiravit. **Similibus repentinorum & insperatorum casuum**
exem-

exemplis omnis abundat historia. Ne longius ea-
mus, efferetur hodie Matrona laudatissima DORO-
THEA Schmilaw/ quæ cum ante satis firma vale-
tudine uteretur, graviore lapsu subito debilitata
est, ut exacto biduo præter spem & opinionem
suorum animam efflaret. Nata est Anno MDXC.
X. Augusti Patre Viro Integerrimo ELIA Schmi-
law/ Cive Rostochiensi, Matre ANNA Bergmans
Fœmina honestissima. Avum paternum habuit
HANS Schmilaw: Avum maternum NICOLA-
UM Bergman. Honestis hisce Parentibus & Avis
originem debens piè defuncta, & per sacramen-
tum initiationis regenita, in pietate aliisq; Chri-
stiano dignis virtutibus educata est. Anno
MDCX. IV. Sept. in matrimonium collocata est
Viro Amplissimo & Prudentissimo DN DANIE-
LI Braun/ post Senatori hujus Civitatis & Archi-
vario quin & hujus Ducatus ordinum Secretario
meritissimo. Fœcundum hoc fuit conjugium &
felix quatuor Filiis, LUDOVICO, DANIELE,
CHRISTIANO & JOACHIMO; quatuor
item filiabus ANNA, DOROTHEA, ELISABE-
THA & CATHARINA JUSTINA, ex quibus
præcessere duo Filii Daniel & Christianus, duæ
item Filix Anna & Catharina, debito naturæ in in-
fantia exsoluto. Supersunt & diu supersint! Vir
pl. Reverendus, Amplissimus & Clarissimus DN.
LUDOVICUS Braun / Serenis. Saxonix Ducis
lineæ Altenburgensis &c. &c. Concionator Auli-
cus

cus Amicus & in Christo Frater pl. colendus: itemq;
Vir Spectatissimus & Præstantissimus DN. JOA-
CHIMUS Braun/ Incliti hujus Ducatus ordi-
bus laudatissimis à rationibus, Civis hujus urbis &
Negotiator, Amicus pl. dilectus: D O R O T H E A
fœmina ornatissima, Viri Reverendi & Clarissimi
Dn. M P E T R I Xungen/ in Gettorff Hollatorum
Ecclesiæ Ministri, Amici & in Christo Fratris hono-
randi conjux dilectissima: ELISABETHA Fœ-
mina lectissima, Viri Eximii & Præstantissimi Dn.
WERNERI Cölern/ hujus urbis Civis & Juris
cultoris, Amici pl. dilecti conjux svavissima. So-
lutum hoc matrimonium est obitu Mariti deside-
ratisimi Anno MDC LII. adeoq; per integrum
quinquennium viduitatis molestias perferre jussa,
est piè defuncta DEO sic disponente, cujus gratia
singulari effectum est, ut amissum visum ante qua-
driennium feliciter recuperaret. Unde sacris con-
ventibus denuo interesse, DEOQVE majori alacri-
tate servire potuit. Die XVII. hujus mensis inspera-
to casu infirmata est: cui dum adhibitis quibusdam
remediis occurrere studet, auctis subito morbi vi-
ribus XIX. ejusdem inter quintam & sextam
matutinam animam DEO creatori reddidit, ex-
actis in hac mortalitate annis LXVII, septem
mensibus, novem diebus. Fugacis vitæ notabile
exemplum! Interrogatus Aristoteles, quid esset ho-
mo, respondit, *imbecillitatis exemplar, temporis spo-
lium, fortuna lusus, inconstantia imago, invidia & ca-
lamitatis trutina, reliquum vero pituita & bilis.* So-

Ion hominem dicebat esse *putredinem in exortu, e-*
scam vermium in morte. Vestem illam animæ no-
stræ, quam circumferimus, corpus dico, quidam
antiquorum Philosophorum verè appellabat
vinculum corruptionis, vivam mortem, sensitivum ca-
daver, sepulchrum circumportatile, domesticum deniq;
surem, quinos vetet in cælo esse, & juheat capite esse in
terram demisso. Neq; vanè Græcus ille corpus no-
strum dici debere contendebat non *δέμας* sed *δεσµόν,*
non *σῶμα* sed *σῆμα,* non corpus, sed ergastulum &
sepulchrum, cujus cum anima conjunctionem cito
dirimi satius sit, quam diu durare. In qua re DEI
providentiam merito æstimamus, quod cum vitam
dedisset molestiis infinitis expositam, voluerit esse
quam brevissimam, Verissimè Nazianzenus *vitam*
hanc nominat vitæ reliquias & halitus, & monet,
quod ad eandem sedem concitato cursu contendamus, &
eundem lapidem quam primum subituri, atq; idempul-
vis propediem futuri simus, alios morte antecamus, &
alios sequamur, alios lugeamus, ab aliis deplemur,
manusq; lacrimarum, quod aliis contulimus, ab aliis
vicissim recipiamus. Præteritis igitur iis, quæ nos præ-
tererunt, ad supernam vitam omni festinatione propere-
mus, terramq; etiam adhuc in terra versantes relinqua-
mus ac spiritum in cælum ferentem bona fide subsequa-
mur. Halitum vocat vitam & vaporem Nazian-
zenus, lecutus ductum sacri codicis, qui & diei
hesternæ, nimbo, somno, flori, gramini, fabulæ
& id genus aliis, quæ fluxa sunt & citò transcurren-
tia, nos comparat. Etenim ad exiguum tempus ap-

parēt vapor: dies hesternā cito avolavit: nimbus
momento uno atq; altero diffluit: somnus paucis
circumscribitur horis: flos inter mirantium & lau-
dantium oculos puncto temporis perit: gramen
succiditur & arescit: fabulæ & sermones cito efflu-
unt, volatq; irrevocabile verbum.

*Per simile est foliis hominum genus omne caducis,
Qua nunc nata vides, pulchrisq; virescere silvis
Autumno veniente cadunt, simul illa perurens
Incubuit Boreas, quædam sub verna renasci
Tempora, sic vice perpetua succrescere lapsis,
Semper item nova, sic aliquis obeuntibus, ultro
Succedunt alii juvenes ætate gravatis.*

Cæterum cum piè defunctæ corpus hodie hora I.
in dormitorium sit deponendum, rogamus pera-
manter Omnes omnium ordinum Cives Acade-
micos, ut, in solatium vivorum, ipsiusq; piè de-
functæ honorem frequenter convenire, & funeris
deductionem præsentia sua cõonestare dignen-
tur. Agnoscamus fragilitatem nostram, & cum

Mose DEO supplicemus: *Numerare dies
nostros ita doce nos, ut cor sapiens
acquiramus!*

P. P. Rostochii sub sigillo Rectoratus XXIII. April.
Anno M. DC. LVII.

Conveniendum in templo Mariano
hora prima.

☞:) ○ (: ☞



lon hominem dicebat esse
scam vermium in morte. Ve
stræ, quam circumferimus,
antiquorum Philosophoru
vinculum corruptionis, vivan
daver, sepulchrum circumporta
furem, quinos vetet in caelo esse
terram demisso. Neq; vanè
strum dici debere contendeb
non *σῶμα* sed *σῆμα*, non corp
sepulchrum, cujus cum anin
dirimi satius sit, quam diu d
providentiam merito æstima
dedisset molestiis infinitis et
quam brevissimam, Verisim
hanc nominat *vite reliquias*
quod ad eandem sedem concitat
eundem lapidem quam primun
vis propediem futuri simus, alio
alios sequamur, alios lugeamu
munusq; lacrimarum, quod al
vicissim recipiamus. Præterit
tercent, ad supernam vitam on
mus, terramq; etiam adhuc inte
mus ac spiritum in caelum fere
mur. Halitum vocat vitam
zenus, lecutus ductum sacri
hesterne, nimbo, somno, fl
& id genus aliis, quæ fluxa su
tia, nos comparat. Etenim ad

in exortu, e
n animæ no
co, quidam
appellabat
sensitivum ca
sticum deniq;
capite esse in
e corpus no
as sed δεσμῶν,
gastulum &
ationem cito
qua re DEI
d cum vitam
voluerit esse
zenus vitam
, & monet,
tendamus, &
atq; idempul
ntecamus, &
deploremur,
rus, ab aliis
qua nos præ
ione propere
tes relinqua
vide subsequa
em Nazian
qui & diei
ini, fabulæ
transcurren
tempus ap

